

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

Caput Unicum. Occasio conversionis S. Brunonis; solitudinem petere
statuit, alios in idem propositum attrahit, Gratianopolim pergit, in
Cartusiæ eremum secedit, ad Pontificem, ex hac evocatus, se ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

A dentibus Cartusie Majoris Priori dono daret, Jacobus, Cartusie Neapolitanæ Prior, antequam monasterium illud Cartusanis restitutum esset, obtinuerit? Fateor, est sane, cur nodus hic solutu appareat difficilis. Attamen cum locus, quo S. Brunonis corpus, aut, si maius, sacra ejus ossa es- sent recondita, Antonio Sabino, honorum omnium a reditu monasterii S. Stephani procuratori seu praefecto per Cardinalem de Aragonia, com- mendatarium hujus abbatem, constituto, jam inde ab anno 1315, si Tutilus recte notet, aut etiam, si Zanottio fides sit, jam inde ab anno 1302 di- vinus fuerit revelatus, fieri potest, ut mandibula ex iis duosque dentes ante annum 1314 a dicto Cardinali, qui bene erga Cartusiones erat affectus, Jacobus, Cartusie Neapolitanæ Prior, affinitate cum eo conjunctus, accepit. Quod cum ita sit, mandibulam S. Brunonis cum duobus ejus dentibus ante annum 1314 Francisco a Puteo, Cartusie Majoris Priori, datum fuisse, ob ea, quæ Blomenevna, auctor synchronus, ea de re memo- ria prodit, verosimilius, quam oppositum, a Za- nottio, auctore recentiore, traditum, mihi appa- ret, licet interim huic etiam suffraget Camillus B Tutilus, in Historia Ordinis Cartusiensis Pro- spectu scribens, anno 1314 reliquias aliquot, de Brunonis corpore collectas, Carthusiæ Majori, Coloniensi et Parisiensi distributas fuisse: cum enim is scriptor, quantum ad Sanctæ reliquias, quas Coloniensis Carthusia anno 1314 obtinuerit, ex iam supra dictis certo erret, pondus iis, quæ de tempore, quo Sancti mandibula una cum duobus ejus dentibus Francisco a Puteo seu Cartusie Majori tradita fuerit, Zanottius in litteras mittit, addere non potest.

modoque, quæ ex his in Ca- labria super- sunt, honori- fice ibi ser- vantur.

C 782 Ceterum etsi quidem, quæ de tempore ac modo, quo capitis S. Brunonis mandibulam una cum duobus dentibus a Jacobo de Aragonia, Cartusie Neapolitanæ Priore, Franciscus a Puteo, Cartusie Majoris Prior, obtinuerit, Zanottius in litteras mittit, pro certis atque indubitate, uti jam dicta probant, haberi haud queant, ei tamen, residuum capitis S. Brunonis partem, hermæ ar- genteo, Sanctum representanti, inclusam, in Calabriño S. Stephani monasterio honorifice ho- dieque asservari, lucubrationis suæ sèpissime laudata cap. 55 proxime cit. assententi, absque ullo scrupulo assentendum appareat. Præterquam enim quod Matthæus, Cartusie Bononiensis, Prior, sacram Sancti caput, a reliquo ossibus sejunctum, auro et argento vestiendum, gemmisse que ornandum esse, populo adstanti, ut Blomen- venna verbis supra recitatis docet, in Sancti trans- latione declaravit, scriptor ille e Calabriæ monu- mentis, quæ sèpissime laudat, certo rescire potuit, quæ ea de re memorie prodit. Atque vel hinc dubitandum etiam non est, quin veritati consonet, quod de reliquo Sancti corpore in S. Stephani monasterio sub magnifico altari in arca marmo- rea hodieque asservato e Calabriæ pariter, quan- tum opinor, monumentis loco cit. docet, licet in- terim hoc in rebus, ab axtate nostra remotoribus, fidem indubitatem facere non possint, hincque non pauca, quæ ex hisce Zanottius hausit, que- que data opera confutare operæ pretium non erat, asserta silentio prætereundæ seu negligenda in Commentarii hujus decursu duixerim, non secus ac nonnulla alia, quæ ab aliis scriptoribus recentioribus traduntur, nec sat probato veritatis aut etiam verisimilitudinis fundamento suffulta arbitratus sum.

D

VITA ANTIQUIOR,

**Auctore primorum quinque
Cartusiae Priorum chro-
nologo anonymo,**

**Ex antiquissimo bibliothecæ
Cartusianorum Colonien-
sium Ms. depromta a.**

a

CAPUT UNICUM.

**Occasio conversionis S. Bru-
nonis; solitudinem petere
statuit, alios in idem pro-
positum attrahit, Gratia-
nopolim pergit, in Cartu-
siæ eremum secedit, ad
Pontificem, ex hac evoca-
tus, se confert, solitudi-
nem repetendi facultatem
ab eo impetrat, in Turri-
tanam Calabriæ eremum
se abdit, ibique moritur.**

E

A nno Dominicæ Incarnationis mlxxxii vel circa illum, dum solemne studium floreret Par- sis, præcipue in Philosophia et Theologia, et Jure Canonico, sicut generaliter consuevit, tale prodigium ibi dicitur accidisse. Quidam enim doctor præcipus, et vita, ut videbatur, fama atque doctrina et scientia inter omnes doctores Parisienses excellenter honoratus, et mirabiliter gratiosus, gravi et ultima infirmitate preven- tus, non diu decumbens, diem clausit extremum.

*Doctor Par-
siensis clari-
nominis, qui
obierat,*

2 Cumque tota die, qua defunctus est, more Parisiensis in aula, funere in feretro decum- bente, fuissent continue decantata divina Officia, in crastino mane, congregata ibidem Universi- tateb Parisiensi tam scholiarum quam doctorum, ut tam honorabilis viro solemnum et honorabi- lem præberent funeralis Officii sepulturam, cum reverendi viri fereretur, in quo funus jacebat, vellet elevate ad ecclesiam deferendum, su- bito, cunctis stupentibus, qui mortuus videbatur et erat, elevato capite, resedit in feretro, et, omnibus audientibus, alta et terribili voce clamabat: Justo Dñi JUDICIO ACCUSATUS SUM, et, hoc dicto, caput depositum, et decubuit mortuus, sicut prius.

*primo se ac-
cusatum,*

3 Qua voce cuncti attonti et territi delibe- raverunt, ipsum illo die nullo modo fore sepe- liendum, sed usque in crastinum reservandum. Mane ergo sequenti cum multitudine maxima convenisset, et dictum funus, sicut prius, vel- lent ad ecclesiam deportare, defunctus, sicut

*dein judica-
tum,*

prius,

AUTORE

ANONYMO.

ac tandem
damnatum,
publice e fere-
tro procla-
mat,

c

Hunc Bruno,
qui horrendo
spectaculo in-
tererat, com-
punctus praes-
entes aliquot

d

e

f

B

vehementissi-
ma effacia-
simaque

* an turbab-
untur?

oratione ad
penitentiam
hortatur,

*andiluvium?

dumque eos
dictis obse-
quentes habeat,
locum penitentiae aptum

prius, elevato capite, dolorosa et terribili voce intonuit: JUSTO DEI JUDICIO JUDICATUS SUM.

4 Quam vocem multitudine, qua aderat, clare intelligens et audiens stupuit plus, quam prius, et alterutrum conquerentes, quid sibi vellent innuere tam insoliti et inexperti defuncti clamores, adhuc determinaverunt ipsum ad aliud crastinum usque nullatenus tumulandum. Tertio vero die cum propter ista prodigia civitas convenisset, et funus, cunctis preparatis, vellent ad tumulum deportare, defunctus, sicut prius, jana tertio altissimo et moestissimo clamore personuit: JUSTO DEI JUDICIO CONDEMNATUS SUM c.

5 Qua horribili sententia auditu, quasi omnes immenso fuerunt timore et tremore percussi, certi facti de condemnatione tanti viri, qui inter alios et super alios videbatur honestate vita, claritate famae, dignitatis excellentia, et multiplici scientia ac sapientia præfulgere. Ea tempestate erat ibi magister Bruno d, natione Theutonicus, de civitate Colonia non obscuris parentibus natus e, ecclesie Remensis canonicus et ibidem scholarum magister in Theologia f, qui suprascriptis vocibus salutriter territus atque compunctus allocutus est quosdam socios ibi praesentes infrascriptis vel similibus verbis: Eia, Carissimi, quid faciemus?

6 Omnes simul peribimus, non salvabitur, nisi qui fugerit. Si in viridi haec fiunt, in arido quid fieri? Si homo tantæ dignitatis, tantæ literaturæ, qui videbatur tam honestæ vitæ, qui erat tam celebris famæ, sic indubitanter damnatus est, quid nos miserrimi homunculi faciemus? Si lugubri voce unius homuncionis tam horribili et stupendo timore et tremore concessi et stupefacti sumus, quid faciemus, dum rugitus leonis, cum extremi judicii tuba aures nostras perculerit? Cum omnes audiemus: Surgite, mortui, venite ad judicium! Quo tun fugiemus? Quomodo in tam horrendo judicio, ubi columna cœli contremiscunt, et angeloi terrebuntur et terribi purgabuntur *, apparere poterimus? Ubi tunc latebimus?

7 Impossibile erit latere, intolerabile apparet; fugiamus igitur a facie gladii Dei, præoccupemus faciem ejus in confessione, venite adoremus, et procedamus ante Deum, ploramus coram Domino, qui fecit nos. Postquam C igitur hodie vocem ejus stupendam audivimus, non obduremus corda nostra, sed exeamus de medio Babylonis, egrediamur Pentapolim, igne et sulphure jam succensam, et exemplo beati Pauli heremite, beatorum Antonii, Arsenii, Evagrii aliorumque Sanctorum cum beato Joan. Bapt. antra deserti quæramus, in montibus nos salvos faciamus, ut æterni Judicis iram, et sententiam damnationis æternæ, et dilavii * peccatorum in arca Noë, et in navicula Petri, in qua Christus ventum et tempestatem cessare fecit, id est, in navi pœnitentia evadere valeamus et pervenire possimus ad portum et tranquillitatem salutis æternae.

8 His vel similibus verbis atque sententiis seipsum et quosdam socios alloquens et exhortans deliberaverunt ipse et sex alii probi viri secum abrenuntiare mundo et pompis ejus, et ad perpetuam pœnitentiam peragendam heremis deserta competenter quærere, et ibidem, relicitis omnibus divitiis et deliciis et honoribus hujus mundi, accipere singuli crucis suas, et nudi nudum Christum sequi per arcam viam,

qua dicit ad vitam, et latam ac spatosam deserere, quæ amatores et sectarios mundi perducit ad supplicia damnatorum.

9 Et ideo, quia audierant famam sanctitatis sancti Hugonis episcopi Gratianopolitanus, qui prius aliquo tempore ejusdem magistri Brunonis in scholis creditur socius extitisse g, Sancto Spiritu inspirante, proposuerunt ad memoratum sanctum episcopum simul accedere, et ejusdem auxilium et consilium requirere, ut in ejus diœcesi, quam audierant multi desertis montibus habundare, mererentur locum congruum obtinere, in quo suum sanctum et salubre propositum possent effectui mancipare. Septem igitur Sancti Viri suprascripti prædicta de causa ad prædictum sanctum episcopum, duce sancto Spiritu, pervenerunt h.

10 Et, ut utar omnino verbis scriptis in Legenda viæ S. Hugonis episcopi memorati, per summum Pontificem, qui eum canonizavit, approbat, et confirmavit i, Adest magister Bruno vir religiosus, scientia famosus, honestatis et gravitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulachrum; habebat autem socios magistrum Landuinum, qui post eum Prior Cartusie extitit, duos Stephanos, Burgensem et Diensem (hi sancti Rufi canonici fuerant, sed desiderio vita solitariorum eis, abbate favente, sese conjunxerant) Hugonem etiam k, quem cognominabant Capellanum, eo quod solus ex eis sacerdotis fungetur officio l, duos laicos, quos appellamus Conversos, Andream et Guarinum; quærebant autem locum heremiticæ vitae congruum, ne cum repererant m. Hac ergo spe, simul et suavi sanctæ conversationis odore trahente, venerunt; quos episcopus, non solum gratauerunt, sed et reverenter suscepit, tractavit et voti compotes fecit.

11 Ipso namque consulente et juvante ac concomitate, Cartusie solitudinem intraverunt atque extruxerunt anno Domini millesimo octagesimo quarto, episcopatus vero dicti sancti Hugonis quartu n. Viderat autem præfatus sanctus episcopus circa idem tempus per somnum in eadem solitudine Dominum sua dignationi habitaculum construentem, stellas etiam septem ducatum sibi præbentes itineris o. Erant vero et hi septem; quapropter non istorum tantum, sed et qui successerunt eis, consilii libenter amplexus est, et usque ad mortem Cartusie habitatores semper fovi, et beneficiis et consilii; licet vero et prius divini amoris totus ardoret incendiis, nec aliter tam tam ad disciplinæ cœlestis exercitia eorum exemplis et familiaritate inferuit, quam si flammanti quis faci plures alias circumponat ardentes.

12 Erat cum eis, non ut dominus aut episcopus, sed ut socius, sed ut frater humillimus et ad cunctorum, quantum in ipso erat, obsequia paratissimus; adeo ut vir venerabilis Guillelmus Prior tunc S. Laurentii p, postea S. Theofredi abbas magistro Brunoni etiam ipse non modica religiosa devotione alligatus, beati Hugonis tunc contubernialis, (bini quippe per singulas habitabant cellas) apud magistrum Brunonem non leviter conquereretur, quod pene omnia ad humilitatem spectantia intra cellam præriporet officia episcopus, non saltem secum ut socius, sed potius conversaretur ut famulus.

13 In tantum autem heremum devotus incolebat et sedulus, ut eum magister Bruno non numquam

quaesitur
ad Hugonem
Gratianopolita-
nam episco-
pum cum iis-
dem se con-
fert.

g

Hic illos beni-
gne suscipit,

i

k

l

m

in condenda
Cartusia
juvat,

n

o

humillime
etiam ibidem
inter eosdem
vivens,

p

A numquam exire compelleret. Ite, dicens, ite ad oves vestras, eisque, quod debetis, exolvite. Eo tempore magnae paupertatis et humilitatis ardore successus dictus episcopus voluit equituras suas cunctas vendere, et de ipsarum pretio pauperibus erogare, propriisque pedibus in predicatione discurrere; sed homo profundi cordis magister Bruno, cuius consilii non aliter quam praecipuis obtemperabat abbatis, non consensit, timens, ne apud se de hoc forsitan extolleretur, aut a ceteris de singularitate judicaretur episcopis, aut, quod dubium non erat, id ipsum propter asperitatem et inaequitatem consummare non posset itinerum.

*Ast hic ab
Urbano II
Papa, quem
olim discipu-
tum habuerat,*

14 Omnia praedicta sunt verba domini Guigonis scripta in Vita S. Hugonis Gratianopolitani episcopi, que hic inserenda judicavimus, quia in eis primordia fundationis Cartusie declarantur, et magistri Brunonis excellentiae innotescit et in hoc, quod eidem tam venerabilis, tam Sanctus episcopus cum tanta reverentia, sic serventer et humiliiter adhærebatur, et cum eodem vere dici potest dominus et Ordinis Cartusiensis patronus et fundator; et quanvis non

B primus, tamen quodammodo praecipius institutor. Feliciter igitur fundata et inchoata fuit domus, et Ordo Cartusiensis tempore summi Pontificis Gregorii septimi, cui in Papatu successit Papa Victor, qui valde modicum, id est, tantum uno anno et mensibus quatuor circiter vixit. Quo mortuo, Urbanus secundus creatus est, cuius magister Bruno prius praceptor fuerat et magister q.

*q
evocatur; licet
autem reliqui,
sese, eo abunda-
nte, in Cartu-
sia mansuros,
negarent,
r*

15 Hic cito post creationem suam recordatus sapientiae et sanctitatis et discretionis eximiam magistris sui Brunonis, statim cogitavit eum habere, ut eum dirigeret et juvaret ad Apostolatus sollicititudinem et onera preferenda r. Cum igitur praefatus magister Bruno jam sex annis heremum Cartusiae inhabitasset, et vocatus ad curiam Romanam, oportaret eum summo Pontifici obediens, et filiorum suorum collicolarum societatem gratissimam, saltem ad tempus, deserere, ipsi subditu sibi tanto sunt propter hoc dolore concussi, et tanta tristitia perturbati, quod omnino etiam ipsi dixerunt, se nullo modo in Cartusia mansuros, si eosdem accideret tam dulcissimi et dilectissimi Patris orbari presencia et providentia spoliari.

*C Pontifici ta-
men obtempe-
rat;*

16 Magister igitur Bruno propter istam filiorum desolationem non leviter desolatus, obedientias tamen debitum summo Pontifici non volens, nec valens licite denegare, ne locus Cartusiae, a celicolis derelictus, ad profanas et indignas manus, aut usus saecularium deveniret, ipsum Casae-Dei abbati, qui fuerat unus de primis fundatoribus, facta donatione et cessione, reliquit, confecto super hoc ei publico instrumento s. Deinde venerabilis Pater, ad summum Pontificem veniens, eidem non longo, sed brevi tempore assistens, consiliis et auxiliis salutibus ejus multa onera supportabat, et multum in regimine sanctae Dei Ecclesiae ejus sollicitudinem sua promptitudine sublevabat.

*s
verum ab hoc
brevi post so-
lititudinem re-
petenti facul-
tatem impe-
trat,*

17 Diu tamen patienter dissimulare non potuit tristitiam, et dolorem conceptum de suorum dispersione filiorum, et strepitus et tumultus curiae, impeditos dulcedinem et quietem, qua frui et pasci in heremo consuverat, graviter ferens et diutius ferre non sustinens, exposita summo Pontifici sua desolatione, cum summa instantia imploravit et impetravit et curia separa-

rari, et quod posset ad heremum et cellae jam prægustatam dulcedinem et desideratam requietum repedare.

18 Et cum summus Pontifex vellet eum confirmare in archiepiscopum Regensem, ad quam ecclesiam, ipso Papa annuente, electus fuerat t, nullo modo consensit, sed ipso sperto atque contempto, Apostolico valefaciens ad Calabriae quandam heremum, cui Turris nomen erat, Deo duce, pervenit, ibique, multis clericis et laicis congregatis, monasterium instituit, in quo usque ad finem vitæ suæ in solitaria vita proposito humilitate constans, caritate flagrans, devotione fervens, Deo semper adhaesit, et ibidem itinerarii sui cursum feliciter consummavit u. Quem gloriosum Patrem adeptum fuisse bravum, et coronam felicitatis aeterna divina Clementia per nonnulla miraculosa indicia declaravit.

19 Prius tamen quam de curia recederet, ejus, ut creditur, meritis et precibus, divina Misericordia omnes ejus socios ut subditos revocavit, ita quod omnino omnes redire Cartusiam consenserunt x. Et ideo magister Bruno imprimetravit a summo Pontifice litteras ad venerabilem virum Siguinum abbatem monasterii Casæ-Dei, quatenus locum Cartusiae derelictum per magistrum Brunonem omnino infra triginta dies a receptione Papalium litterarum redderet et restitueret sociis ac subditis magistri Brunonis cum omni pristina libertate.

20 Et iste videtur primæ litteræ Papales, quæ inveniuntur de Ordine Cartusiensi facere mentionem y; que circa principium Cartularii Cartusiae sunt conscripte. Abbas vero Siguinus, recepto mandato Apostolico, grataiter et hylariter obedivit, et magistro Landuino ac suis sociis locum Cartusiae libere et liberum reddidit per publicum instrumentum, quod circa principium Cartularii Cartusiae est transcriptum z. Prædictum autem fratrem Landuinum magister Bruno Priorem ordinaverat Cartusiae, antequam ad partes Calabriae transmearat aa.

21 Quia igitur judicia Dei sunt incomprehensibilia et abyssus multa, non est locus Cartusiae indignior judicandus ex eo, quod, postquam sex annis fuerat divino cultui dedicatus, a predictis sanctis viris fuerit derelictus; sed potius propter hoc est mirabilior et dignior reputandus, quasi, qui etiam derelictus, tanta virtutis fuerit, quod suos incolas meruerit ac prævaluerit revocare, nec sine Dei cultoribus, nec absque divinis laudibus potuerit remanere.

22 Sicut etiam divinæ dispensationis Providentia Apostolos, jam cœli et terra principes, æterna prædestinationis constitutos, in passione Christi nihilominus cadere permisit, et a veritate Christianæ fidei separari bb, ita etiam quod aliqui ex discipulis, civitate sanctificata Jerusalem derelicta, ad castella extrinseca infidelitatis vento dispersi, desperationis fluctibus vacillabant, Christo verumtamen corporaliter resurgent, resurrexerunt et ipsi spiritualiter, constantiores et firmiores in fide, et amore Christi postmodum permansuri, et quia jam recesserant ab Jerusalem stadiis sexaginta, eodem die redeuentes fuerunt Christi visione cum aliis discipulis reformati; ita Deus Cartusiae incolas primo dimisit recedere, ut postea redeentes firmiores existent, et in sancta perseverantia fortiores.

23 Qui enim in fine sexti anni recesserant, observatis, in

AUCTORE
ANONYMO.

*atque in Cala-
bria eremum
secedit,*

u

*cum ante effe-
cerat, ut, qui
Cartusiam
reliquerant,*

x

*eo jam, pro-
posito tis Lau-
duino, rediis-
sent.*

y

*z
aa
Biographi hac
occasione*

*in divinam
Providentiam*

bb

AUCTORE
ANONYMO.
cc

* al. naturali

tempusque,
quo Bruno
post egressum
e Carthusia
obierit.

dd

* al. magister

ee

ff

in septimo anno redierunt ee, ut daretur eis intelligi, quod, sicut septima die Dominus in creatione primaria a laboriosis operibus requievit, et post passionem eodem die quieti similiiter in sepulchro, et septimus annus in lege generali * fuerat deditus requiei, et septes septimus annus dicitur jubilei, ita septimo anno habitatores Cartusiae redeuntes, ibidem a similibus cessantes operibus peccatorum, spirituali contemplationis requie recreati et in sepulchro Christi, id est, in claustru et cellis absconditi quiescentes, tandem ad septimum septinarium jubilei, laudem et requiem aeternam aeternae glorie designantis, ipsi tunc numero septem feliciter pervenient.

24 Bruno igitur, vir sanctissimus et gemina scientia praeditus, tam divina scilicet quam humana, eloquenter Tulliana praeclarus, discretione, devotione, morum excellenti honestate praelugens, celestiumque virtutum copioso thesauro ditatus atque dotatus, Deo et hominibus dilectus et gratus, heremum Cartusiae rexit sex annis, et post, ut praedictum est, a Papa vocatus, et non diu post dd ad heremum Calabriæ, cui Turris nomen est, transiens, ibi, sancto constructo monasterio, multorum Dei servorum anachoretarum rector exstitit et minister *, et ibidem, felici vite sue cursu peracto, migravit ad Dominum post egressum Cartusiae undecimo anno nec plus, nec minus, sicut in libris Consuetudinum domini Guigonis, quae sunt in domo Cartusiae, continetur ee. Juxta sepulchrum ejus immediate fons vivus emanat, qui divina clementia in hujus Viri sancti meritis multis languoribus fidelium optata confortat media sanitatis ff.

ANNOTATA.

a De hac Sancti Vita, auctore, a quo, et tempore, quo scripta videtur, Commentarii prævii num. 8 et septem seqq., quæ necessaria congruæ arbitratum sum, in medium adduxi, ut etiam de antiquissimo, et quo de prompta illa fuit ac nobiscum communicata, Ms. primorum quinque Cartusie Priorum Chronicorum exemplari.

b Hanc Sancti Vitam ante seculum tertium decimum concinnatam non fuisse, verosimilium, imo prope indubitatum, appareat ex Universitatibus nomine, quo hic condecoratur Parisiensis academia. Adi Commentarii prævium num. 12 et 13; iis autem, quæ ibidem dicta sunt, addi potest, Pontifices Romanos Innocentium III, qui anno 1216 obiit, Honorium item III, Innocentium IV et Alexandrum pariter IV seculo xiii privilegia Academiae Parisiensi impertiisse, cumque litteræ, hunc in finem datæ, a vocibus Noverit universitas vestra, aut Universitas magistrorum et scholarium inchoarentur, factum hinc, ut inter eruditos fere omnes modo convenit, primum esse, ut academia Parisiensis nuncupata fuerit Universitas.

c Quid de his narrato Parisiensis defuncti, qui, sese damnatum, e fratre vociferatus sit, horrendo spectaculo, sive publice id coram multis, sive, paucis dumtaxat presentibus, factum adstruatur, sentendum sit, ut etiam an ferali historia S. Bruno in crevum pulsus fuerit, studioso lectori ex iis, quæ de hac Commentarii prævii §§ 10 et tredecim seqq. disserui, dijudicandum relingo.

d Dato etiam, horribile damnati spectaculum Parisiis accidisse, eique etiam S. Brunonem in-

terfuisse, hinc tamen consequens nondum erit, ut tum ibidem Sanctus docuerit. Vide Commentarii prævii num. 175 et seq.

e De nobili Brunonis genere videsis Commentarium prævium § 2.

f Theologiam scilicet Remis Bruno docuit, uti Commentarii prævii num. 78 et seq. ostendit.

g Actum apud nos est de sancto isto Gratianopolitano episcopo ad 1 Aprilis diem, quo nomen ejus Martyrologio Romano exstat insertum; Anno autem ab Incarnatione Domini, uti ibidem Guigo, quintus Cartusie Majoris Prior, Hugoni equalis sanctaque amicitia, quandiu vizit, conjunctus, in illius Vita, quam, jubente summo Pontifice Innocentio II, concinnavit, num. 55 testatur, millesimo centesimo trigesimo secundo, ætatis... sua ad minus octogesimo, mense quarto e mortali hac vita ad immortalem migravit; quare, cum ante annum 1052 natu haud fuisse videatur; Bruno autem jam inde ab anno circiter 1050, uti in Commentario prævio § 2 docui, natales sit consecutus, docereque Remis jam inde ab anno 1060 aut etiam citius e dictis ibidem § 4 incepit, ex utriusque aitate liquet, hujus potius illum in scholis discipulum, quam socium, contra ac biographias noster ferrivit ait, aliquando exstisset, licet interim nec hoc, utpote nullo etiam antiquitatis testimonio firmari valens, asseverare ausim.

h Sanctum nostrum ejusque socios, viso Parisiis ferali damnati spectaculo, ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, recta sese contulisse, biographus hic docet; ast hoc a vero alienum esse probant, quæ in Commentario prævio num. 414 et seqq. in medrum adduxi.

i Guigoni quidem, quintus Cartusie Majoris Priori, Innocentius II Papa, postquam anno 1154 (adi operis nostri tom. I Aprilis pag. 56, num. 4) in concilio Pisano Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, biennio dumtaxat ante vita functum, Sanctis adscriptissel, in mandatis dedit, ut hujus sancti antistitis gesta omnia litteris consignaret; verum lucubrationem, qua id Guigo, Pontificis precepto obtemperans, fecit, a Pontifice illo, uti hic biographus noster tradit, confirmata approbatamque fuisse, a scriptoribus antiquis memorie proditum non invento, licet interim res vero nequitum appareat absimilis.

k De Lauduino, duabus Stephanis, Burgensi scilicet ac Diensi, monasterio S. Risi, e quo hi fuerunt, necnon Hugone capellano, qui Sanctum ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, comitatu esse hic narrantur, videsis Commentarii prævii § 23, a num. 434 usque ad num. 441.

l An ex his Guigonis verbis consequens sit, ut Sanctus, cum ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accessit, sacerdotio iniciatus non fuerit, Commentarii prævii num. 442 et seq. discussum invenies.

m Quid ex hisce Guigonis verbis consecrarium appareat, Commentarii prævii num. 420 vide expostum.

n Anno Christi hic signato vere esse Sanctum, comitesque ejus Cartusie crevum ingressos, luculentissime, quæ in Comm. præv. num. 470 et tribus seqq. in medium protuli, contra Baronum potissimum aliosque, anno 1086 id factum, contendentes, evincent. Nec eventum illum cum anno quarto Hugonis episcopatus, etsi etiam ad hunc ille jam inde ab anno 1079 fuerit promotus, perferam componi, palam est ex iis, quæ ibidem num. 306 et seq. hanc in rem disserui. Verba interim omnia, quæ tempus ingressus S. Brunonis ejusque

A ejusque sociorum in Cartusiam exprimunt, quæque, veluti a Guigone in Vita S. Hugonis, Gratianopolitanus episcopi, suppeditata, hic citantur, ab hac Guigonis lucubratione, tum apud nos, tum apud Surium absunt; ut adeo vel exemplaria, e quibus tum apud nos, tum apud Surium conscripta a Guigone S. Hugonis Vita publici juris facta est; dictorum verborum omissione fuerint vitiata, vel ut biographo nostro, qui præterea in nonnullis aliis lectionibus a dicta, prout apud nos et Surium edita est, sancti illius antistitis Vita dissonat, Vitæ ejusdem exemplar corruptum prælutzerit. Ac postremum quidem hoc verosimilium vel ex eo puto, quod elogii quoque, Commentarii prævii num. 7 dati, exemplar, quod ei præluxit, quodque tamen pro incorrupto habuit, fuerit corruptum, utique ex iis, quæ ejusdem Commentarii prævii num. 519 dicta sunt.

o De oblatione huius S. Hugoni, Gratianopolitanus episcopo, visione ejusque adjunctis videsis Comentarii prævii num. 425 et aliquot seqq.

p Cella est seu prioratus in urbis Gratianopolitanæ suburbio, a mox his subjecto S. Theofridi, de quo Operis nostri tom. I Aprilis pag. 41 in Annotatis ad lit. d, monasterio dependens; hujus autem et celie illius Priore postea abbas hic memoratus Guilielmus, licet vitam eremiticam seu solitariam in Cartusia cum Hugone et Brunone duixerit, propterea tamen non magis, quam prior et binis hisce Sanctis Cartusianus existit. Ad Galliam Christianam auctam tom. II, col. 766.

q Prior et tribus hisce Pontificibus anno 1083 excessit et vivis, cumque, qui ei fuerat suffector nomenque Victoris assumperat, Desiderius anno 1087 etiam obiussel, ad S. Petri Cathedram eventus tandem est Otto seu Odo, qui Urbani II nomen accepit, quicunque S. Brunone Remis magistro usus aliquando fuerat, uti in Commentario prævio num. 96 ostendi.

r Fuisse Sanctum ab Urbano II Papa e Cartusia evocatum, e primorum quatuor Cartusiarum Priorum Chronologo apud Labbeum tom. I Bibliotheca nova librorum MSS. pag. 658 indubiatum est, uti etiam Brunonem, antequam id fieret, Cartusiam, uti mox hic subditur, rexisse sex annis; verum posteriorem ex hisce non pro completo, sed pro incompleto dumtaxat habendum esse, facile quisque colligit ex iis, quæ § 50 de tempore, quo Sanctus ad Urbanum II Papam accessit, disserui.

s De instrumento hoc, per S. Brunonem Sequino, celeberrimi diæcessis Claromontensis in Alvernia monasterii Casæ-Dei abbati, qui recte hic, quemadmodum recitat Commentarii prævii num. 505 et binis seqq. donationis Cartusie litteræ fidem faciunt, e primis hujus donatoribus unus existitissime dicitur, concessio, adi Commentario prævio num. 515 et binis seqq.

t Ad Rheiensem in Calabria archiepiscopatum Sanctus noster electus seu postulatus fuit anno 1090, uti probant, quæ hue spectantia in Comentario num. 552 et seq. adduxi.

u Anno scilicet, ut Commentarii prævii num. 729 docui, 1101, cum sibi jam in Turritana cremo tringinta circiter discipulos adjunxit, uti e Turritanorum, qui Lanuino post Sancti obitum obedientiam promiserunt, monachorum Catalogo, in Commentarium prævium num. 622 illato, fas est colligere.

x Ut omnes Brunonis discipuli Romam ad eum Octobris Tomus III.

convenierint, miraculo factum, innuere hic videtur noster biographus; qua de re, quid sentiam, Commentarii prævii num. 527 edixi.

y Pontificias illas litteras Commentarii prævii num. 528 integras dedi; in iis autem, non Ordinis Cartusiensis, sed cellarum dumtaxat seu monasterii, a Brunone constructi, mentio fit.

z Instrumentum istud in Commentarium prævium intuli num. 529. Ceterum quid de tempore, quo floruerit hic Sancti nostri biographus, e Cartulario Cartusiensi, cuius hic meminit, concludendum appareat, videsis Commentarii prævii num. 12 et seqq. exppositum.

aa Laudiuinum S. Bruno, non tunc primum, cum apud Pontificem jam exsisteret, uti hic indicari videtur, sed cum e Cartusia abiaret, Priorem constituit, utique e recitatis in Commentario prævii num. 529 litteris, quibus Cartusiam Landuino aliquis Sancti discipulis Siguinus, Casæ-Dei abbas, restituist.

bb Omnes Apostolos in Christi Passione a fide defecisse, soli heterodoxi asserunt; quare a vero hic aberrat biographus.

cc Liquebat hinc, etiam secundum hunc biographum nostrum annos sex, quibus S. Bruno, antequam ab Urbano II Papa Romanam evocaretur, Cartusiam revit, incompletos dumtaxat fuisse.

dd Pauclis dumtaxat mensibus Bruno apud Urbanum Papam, antequam in Turritanam Calabriæ eremum secederet, commoratus est, uti manifestum fit ex iis, quæ Commentarii prævii § 51 dicta sunt.

ee Errorum hic in biographo nostro cubare, indubitatum est. Adi Commentarii prævii § 50.

ff De prodigijs, qui hic memoratur, fonte, miraculisque, quæ aquarum ejus virtute fuerint patrata, videsis Commentarium prævium num. 753 et aliquot seq.

AUCTORE
ANONYMO.

VITA ALTERA,

**Auctore Francisco a Puteo
Cartusiae Majoris Priore,**

**Ex editione, Basileæ anno
circiter 1515 adornata.**

PROLOGUS.

**Cur Sancti Vitam descri-
bere aggrediatur, auctor
exponit.**

Non solum Dominum in Sanctis ejus, sed etiam ipsos Sanctos in Domino laudare jubeatur, sicut scriptum est: Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua a. Homines divites in virtute, et pulchritudinis studium habentes, pacificantes in dominibus suis. Quorum corpora in pace sepulta sunt: et laudem eorum nunciat Ecclesia. Laudemus, inquam, et verbo et imitatione dignos laude mon-

Sanctos in
Domino lau-
dere,

a

89 stremus